



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 50. Alphonsi Salmeronis fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

quas ex Berofi, Manethonis, aliorum-
que minus probatæ fidei scriptorum ope-
ribus hauserat, tribuisse infimulatur.
Sepultus jacet Coloniae apud Canoni-
cos Nazarethanos.

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

§. L.

Alphonsi Salmeronis fata.

Tertius ex Scriptoribus ecclesiasticis hoc anno defunctis erat Alphonsus Salmeron Jesuita, patria Toletanus, qui ex decem primis sancti Ignatii sociis unus adhuc vita superstes Neapoli hoc anno die decima tertia Februarii fati- cessit. Hic Compluti studiorum curri- culum emensus linguarum peritia cele- bris evasit, ac Parisios contendit, Phi- losophiæ, & Theologiæ operam daturus, ubi etiam cum sancto Ignatio, qui hanc societatem suam erigere medita- batur, conferens, sese eidem adjunxit, eiusque magisterio addixit: postea ve- ro pro conservanda Religione in variis Europæ Regionibus, præcipue in Gal- liis, Belgio, Hibernia, Germania, atque in Italia strenuam impendebat operam, cunctisque in urbibus cum in- genti Auditorum applausu Verbum Dei annuntiabat. Interfuit quoque Syno- do Tridentinæ trina vice sub totidem Pontificibus Paulo III., Julio III., & Pio IV. congregatæ, ubi etiam de sancto

*Alegamb. de
Script. Sac.
Sanch. hist.
Soc. p. 5.
l. 5. p. 236.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

sancto Joanne Baptista panegyricum habuit, quæ ad calcem in hujus Concilii actis refertur. Demum ad Societatis Collegium a semetipso Neapoli erectum sese recipiens, ibidem anno ætatis suæ sexagesimo nono animam Deo reddidit. Hic quamvis assiduis laboribus evangelicis, variis itineribus, ac continuo prædicandi studio distentus esset, nihilominus residuum nanciscebatur tempus, ut plura opera sexdecim majoris formæ voluminibus comprehensa, ac primo Madriti, postea vero Coloniz impressa conscriberet, in quibus habentur tractatus in sacrum Codicem, prolegomena, quæstiones Evangelicæ, Commentarii in Actus Apostolorum, & epistolas Canonicas. Ceterum Alphonsus magna scribendi facilitate, ac profunda eruditione inclarescebat, minor tamen artis criticæ usus, atque exiguum in rebus discernendis judicium, necnon tædiosa prolixitas in ejus libris deprehenditur: denique ejusdem sermones in Evangelii parabolas pariter Coloniz typis editi prostant.

§. LI.

Caroli Sigonii obitus.

Thu. l. 82.
Baillet ju-
gen des
Scav. sur

Postremus denique erat Carolus Sigonius Mutinensis qui celeberrimi Romuli Amasæi magisterio usus, atque a Veneto